

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

3 Qui quærent Dominum, piis scilicet & ardentissimis precibus. Hæ sunt tres notæ piorum.

F I N I S.

T H E M A X L I I I.

Psal. 10. v. 12.

*Exurge Domine, & exalterur manus tua, ne obliuiscaris pauperum, & cætera vsque ad vers. 15.*

D I S P O S I T I O.

Ecclesia Dei in his terris cum omnibus suis membris vocatur pusillus grex, Luc. 12 v. 32. Est sicut ovis in medio luporum, Matth. 10. v. 19. Multisque obnoxia aduersitatibus & persecutionibus impiorum. Et quod toti Ecclesie accidit, idem etiam omnibus illius membris. Psal. 119 vers. 1. At contra omnes aduersarios nullo alio genere armaturæ pugnare solet, quam precibus & lachrymis: vt patet ex Act. 1. v. 12. perseverabant in oratione; & Act. 16. v. 25 vbi Paulus & sylas in carcere orabant.

Idem perpetuo solebat obseruare bonus Dauid noster, & quando cuque fuit afflictus mox arripuit preces, quibus debellauit plures suos aduersarios, quam gladio & armis. Cuius rei exemplum habemus in verbis prædictis: vbi primum orat pro defensione aduersus hostium iniurias. Deinde argumenta (siue rationes) adducit, quare Dominus non possit aut debeat ferre hostium iniurias illatas piis. Singula aliquid docere poterunt.

I. Pars.

Propositio Davidis ( siue petitio aut oratio aut quocunque nomine velimus appellare) sic habet:

1. Exurge Domine. Videris nobis dormire, & plane negligere nostram salutem. Itaque vel tandem expergiscaris, & opem feras nobis miseris afflictis, ne plane ablorbeamur ab impiis.

2. Exalta manum tuam: hoc est, ostende tuam potentiam

rentiam hostibus. *Legedie händ nicht in den Schoß / sondern brauch die Fäuste einmal.*

Manum autem exaltare & ostendere dicitur, quando exerit potentiam suam, & punit hostes. Quid scriptura vocet extendere manum, vide supra in Dispositione Thematicis XXXVI. parte 2. Sic exaltare manum dicitur, quando conspicua omnibus fit maiestas ipsius, Psalm. 89. v. 14. Exaltat et dextera tua: hoc est, magna est potentia tua, sicut verba præcedentia declarant Cum ingenti miraculo, extinctis Aegyptiis, educti essent Israelitæ, dicuntur *in manu excelsa* educti, Exod. 14. v. 8.

3. Ne obliuiscaris pauperum. Videris plane oblitus nostri, cum non feras auxilium nobis, sed permittas hostibus omnem tyrannidem, &c. Simulas te nescire, quomodo illi in nos sæuant.

Loe vs. Quamuis non dormitet qui custodit nos, Psalm. 121. v. 4. tamen dum interdum ( propter suas certas causas ) nos violentiæ inimicorum subiicit, videtur nobis dormire, & plane oblitus esse nostri. Expertus hoc David testatur Psalm. 10. v. 1. Psalm. 12. v. 2. & 22. v. 2. & 3. Psalm. 28. v. 1. & 55. v. 2. & 74. v. 1.

Nec sane exigua hæc est tentatio Esa. 49. v. 34. *Disen Gebrauch muß man ihme absehen / quando simulat se dormire, discedere, obliuisci, &c.*

Excitandus & reuocandus piis precibus: sicut Christus in nauī dormiens, Matth. 8. v. 25. Et mox præsto erit. Hinc Psalm. 78. v. 65. *Euigilauit Dominus, &c. Hinc tot preces, Exurge Domine. Psalm. 3. v. 8 & 7. v. 7. & 9. v. 20 & 44. v. 24. Reuertere Domine. Psalm. 6. v. 5. & 90. v. 13. Ne obliuiscaris, ne deseras, memento nostri Domine, & recordare. Psalm. 74. v. 16. & 22. v. 12. & 38. v. 12 & 106. v. 4. Et cum alii agre ferant, si excitari intempestiuis clamoribus, Deo hoc est gratissimum. Imo se interdum abscondit vt reuocetur Ole 6. v. 15. Interdū simulat se dormire, vt excitetur, Pf. 44. v. 24. Interdū obliuionem simulat, vt veniamus & sistamus nos ei precibus nostris, Pf. 132. v. 1.*

Cer.

Certum tamen est, ipsum nunquam obliuisci nostri, quod patet ex Esa. 49. v. 15. Sicetiam nunquam deserit, Psal. 37. v. 25. & 28. Bsa. 42. v. 16. & 54. v. 7. Syr. 2. v. 12. Nec vnquam abest. Ego tecum. Ego vobiscum omnibus diebus. Esa. 41. v. 10. & 43. v. 2. Matth. 28. v. 20.

## II. Pars.

Egregie autem nouit Dauid animum Domini recellere, adductis rationibus, quæ penetrent cor altissimi. De his pauca breuiter dicenda.

I. Memento blasphemiarum illius inimicorum nostrorum grauissimarum, quod in corde tuo dicunt, Te nihil curare nos. Sic negant prouidentiam tuam. Tua itaque res agitur Domine.

DISCIMVS, Non Christianorum, sed impiorum & Epicuræorum hanc esse blasphemiam, quod Deus non curet res humanas sed fortunæ permittat omnia. Cum capilli sint numerati, Matth. 10. vers. 30. nec percat vobis, Luc. 21. v. 18. Nunquam igitur hæc tentatio locum inueniat apud nos, sed opponamus illi ea, quæ de præsentia & prouidentia Dei extant passim. Psal. 23. v. 4. Ierem. 42. v. 11. Psal. 109. v. 31. & 36. v. 6. & Psal. 34. v. 21, & Psal. 56. v. 9. Et infinita alia.

II. Non potest tibi esse incognitum, quomodo illi agant nobiscum. Tu enim vides omnia.

I. Male agunt qui cœcum volunt facere eum, qui cuncta videt. At qui fecit oculum, non videat vniuersa, Psal. 94. v. 9. Væ igitur his, qui volunt latere Dominum. Esa. 29. v. 15. Vide Syr. 23. v. 28. & 29. Ergo agamus ea, quæ lucem non fugiunt, Joan. 3. v. 21. Caueamus opera tenebrarum, Rom. 13. v. 12. Omnia enim sub lucem venient quæ nocte parantur, Matth. 10. v. 26.

II. Cum igitur omnia videas, ô Deus, certe vides etiam miseriam illam miserissimam, & calamitates acerbissimas quas vix ultra sustinere possumus. Es ist nichts daun klennd vnd Jammer vmb vns:

L. In maximis angustiis sciamus auxilium Dei nobis esse proximum. Plerumque enim differt auxilium, vsque dum ad summum peruenit nostra miseria. Vbi desinit humanum, ibi incipit diuinum, Josaphat. 2. Paralipp. 20. vers. 12. Vide de hoc Dispositionem proxime præcedentem, parte 3.

IV. Ratio petitionis. Tu facile potes succurrere miseris: cum omnia sint in manibus tuis. Tanta est tua omnipotentia, vt nunquam desint tibi vires, ad iuuandum. Magister es ad saluandum, Esa. 63.

L. Notanda semper & firma fide tenenda hæc consolatio, nullam esse calamitatem tantam, quin Deus possit iuuare, vel vno verbo, vt credit centurio ille Capernaïticus, Luc. 7. v. 7. Nec abbreviata manus Domini, Esa. 59. v. 1. Ergo nunquam desperandum.

V. Argumentum. Neminem præter te habemus, qui possit iuuare. Ideoque tibi committunt se omnes pauperes & derelicti, qui sunt tanquam orphani in mundo. Tu pauper orphanorum & omnium miserorum, Esai. 64. Psal. 68. v. 6.

L. Si nemo sit qui iuuare vellet aut possit, ne pater & mater quidem, tamen de Deo non dubitandum, quæ verus pater est, Eph. 3. v. 15. Huc pertinent illa, Psal. 27. v. 10. 2. Tim. 4. v. 16. Joh. 14. v. 18.

F I N I S.

T H E M A XLIV.

Psal. 16.

*Non derelinques animam meam in inferno, nec cabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas fecisti mihi vias, & cætera ad finem.*

D I S P O S I T I O.

Hæc verba Dauid non principaliter in sua persona, sed in persona filii Dei, Domini nostri Jesu Christi, loquutus